



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae  
Historiae Decas Prima**

**Martini, Martino**

**Monachii, 1658**

Duodecimus Imperator. Zusinus. Imperavit annis XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11848**

gnorum insigniebantur, attributâ ditione & vestigalibus, quæ splendorem generis non offuscarent. Sed deinceps nonnullos dicemus, quos huic ordini merita sua extra ordinem inferuere. Id adeò sub hoc Imperatore factum, qui H E N I U M hac dignitate primum donavit, nunquam tamen à se abire passus, quo carere non potuerat, suóque regno ante omnes fideli.

## DUODECIMUS IMPERATOR.

## Z U S I N I U S.

Imperavit annis X VI.

**Z**U S I N I U S Z U Y E I filius in aditu imperij iugiorum materies<sup>Cyclo 20. annis</sup> fuit; &, nisi obviām esset itum in tempore, jamjam in bellum<sup>52. ante Christum 1506.</sup> gliscerentium. Magna patruos inter ac nepotes pro regno contentio fuit. Illi tanquam ætate priores affectabant imperium; hi paternam successionem jure naturæ fulciebant. Litem diremit H E N I U S usu rerum & autoritate pollens, & à Z U S I N I O, factione utraque omissā, pronunciavit. Sed his paria, imò pejora suis quæque locis referentur, ab unā dominandi libidine, quæ nec sanguine junctis parcit, & omnia pro utilitate dispensat, orta. Hujus tamen imperium, ubi cognatorum lites consenuere, perpetuā pace floruit.

## DECIMUSTERTIUS IMPERATOR

## VOKIAVS.

Imperavit annis X X V.

**H**IC per vim illatis contra nepotem armis imperium obtinuit, in-  
justum quidem illud, diuturnum tamen & felix. Ejus filium,<sup>Cyclo 21. annis 5. ante Christum 1490.</sup> quem sibi successorem destinaverat, spei & ambitionis irritum  
nepos ejecit, ut ei præclusa esset in præsens omnis ad imperium via.

DECIM-